

FOLIO

Beaty tho. 2. **Improbus inde senem natus caruisse parentem**
2. q. c. 22. **Sustinet: & modicū fert sibi p̄sidiū.**
ar. v. **Si nimiū viuax pater est: sibi tristia fata**
Prouer. 28 **Exoptat natus: mortis & exitium.**
Qui. i. meth **Non p̄bitate quidem: nulla pietate moueē**
Ecclesi. iii. & vii. **Pro vita effoeta: pro senioq; patris:**
Leniti. xx **Stulte parens: cur tu nato bona tota dedisti!**
Deutro. v. **Qui te nūc pascit impietate truci.**
Deut. xxxiii **Attamen iste diu non uiuet: tempora vitę**
Exodi. xx. **Multa nec implebit: morte repente perit:**
Malach **Qui patri & matri dignos non p̄stat honores:**
Math. xv. **Nec colit hos quoꝝ sanguine vita data est.**
Mar. vii. **Morte mala dignus: reuerenter ferre parentes**
Ad ephe. vi. **Qui negat: est stygiū dignus adire lacū.**
Deutro. 27. **Absolon insignis iuuenis/ formaq; de corus**
Prouer. xx. **Contempsit patrem: morte quoq; interiit.**
Absolon **Qz cham nudasset stultus pudibūda parentis**
ii. Reg. xv. & xviii. **A patre coelesti mox maledictus erat.**
Cham **Sennacherib manibus natoꝝ morte pemptus:**
Gene. ix. **At regnū potuit nullus habere tamen.**
Leuiti. xviii. **Danielis. v. Balthazar ex merito ducebat tempus & annos**
Sennacherib **Luctiferos: secuit hic q̄a membra patris:**
ii. para. 32. **Nato sacra dabat senior documenta Thobias:**
Danielis. v. **Vt matrem ingenti ferret honore suam.**
Thobie. iiii **Propterea Salomon rex se de sede leuabat**
iii. Reg. ii. **Regali: matrem condecorare volens.**
Corylaus **Roma Corylao lueres/ p̄nasq; dedisses:**
Plutarchus **Si veritus matrem non foret ille suam.**
Hier. xxxv. **Vnde etiam Rechab natos/ deus ipse probauit:**
Ecclesi. xxiii. **In patre q̄ fuerat: in quoq; matre pii.**